modo euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Bzowski M. Succamerario Terrae Praemisliensis Scriptum Roborat.

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castren Capitan Premyslien Generosus Nicolaus Bzowski sanus mente et Corpore existens, a Jure suo Ordinibus Juri- bus Jurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et com petentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Prze mislien Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omni- bus totaliter et plenarie incorporando atque subij- ciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Se suosque successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisque pecuniarum quibusuis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recogno- scentem in rem et manus Magnifici Francisci Dubrawski Succamerarij Terrae Premyslien ratione certarum rerum et Conditionum in eodem Scripto contentarum de actu et data illius hic Premisliae die ho- diernā in actu contenta confectum datum manu sui Recognoscentis propria subscriptum in omnibus et singu- lis eiusdem Scripti Conditionibus punctis clausulis articulis vadijs ligamentis ac nexibus quibusuis in eo uersis firmiter tenere complere exequi ac inuiolabiliter obseruare

actis

omnibusq et singulis eiusdem Scripti Contentis tam in toto quam in parte toties quoties opus fuerit satisfacere seu ... praefatum ad Inscriptionem praesentem roborationem et Inscriptionem praesentem ad praefatum Scriptum Unisum in toto referendo Idq sub vadio sexcentorum sexaginta sex florenorum et grossorum viginti Polon. per eundem Recognoscentem Generosum Bzowski praefato magnifico Succamerario Generoso Premysliensi eiusq posteris ob non Completionem omnium et singulorum Scripti praefati Contentorum tam in toto quam in quavis minima illius parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendi. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succubitt ac re aliqua punctisque Contentis Scripti praefati non Completa Complenda Citatus expost. mediatus Recognoscens Generosus Bzowski sive eius successores ad instantiam praefati magnifici Succamerarii eiusq posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense Exhinc recessu Supra... quoad respondendum spectat mediante semper ... primo terminoq tanquam peremptorio stare Iurisdictioni... termino tanquam peremptorio stare Iuri ... tioni... respondere rationem praefatam litere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et teneb... seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus Illum terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde Consequentes Causa eiusdem terminos semper peremptorios vera Infirmitate Pro Maiori minorennitate successorum Legatione intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Inquirendum vel alys quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem Caetera ultra proximos officiy praefati Castrensis

Castren Premislien Terminos dilationem sibi non recipiendo Nullasq motiones protestationes eamunq prosecutionis faciendo ac premissa omnia scoris simplicibus vel triplicatis Exceptionibus Suspentionibus Fatalijs Juris Praescriptione Terre Bello Conventioneq ac alijs quibusuis Juris remedijs et defensis non Subterfugiendo nec modo alio quouis evadendo Hac sua presenti personali Recognitione ad premissa omnia mediante.

633

Zernicki Consorti suæ Reformat.

Comparens personaliter Coram officio Actisq presentibus Castren Capitan Premislien Generosus Gregorius Zernicki sanus mente et Corpore exemptus a Terris Districtibus Jurisdictionibusq suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitaneali Premislien Jurisdictioni quoad actum presentem attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse Generosus Catherinis de Vrsko primarum olim Generosi Stanislai Piotrkowski ad presens vero Secundarum Nuptiarum Consorti sua legitima eiusq posterium Summam Sexcentorum Sexaginta Sex florenorum et grossorum viginti polon ratione veris dotis et expeditionis post eam acceptis et in domum suam importatis Nec non aliam similem Summam Sexcentorum